



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Dedicatio. Serenissimo Et Reverendissimo Principi Ac Domino Dn.  
Ferdinando Archiepiscopo ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

DEDICATIO.

A *serenissimo et reverendissimo principi ac domino*  
*dn. fernando archiepis*

SERENISSIMO ET REVERENDISSI-  
 MO PRINCIPI AC DOMINO

DN. FERDINANDO ARCHIEPI-  
 SCOPO ET S. R. I. PRINCIPI ELECTORI  
 COLONIENSI PER ITALIAM ARCHICANCEL-

B lario, Episcopo & Principi Leodiensi, Monasteriensi, & Paderbornensi;  
 Administratori Hildesheimensi & Berchtesgadensi, Principi Stabu-  
 lenti, Comiti Palatino, vtriusque Rheni, & vtriusque Bauariæ, West-  
 phaliæ, Angariæ, Bullionis Duci, Marchioni Francimontensi Co-  
 miti Loffensi, Longiensi, Hornensi, S. Sedis Apostolicæ Le-  
 gato nato Principi & Domino suo Clemen-  
 simo.

CVM S. ENGELBERTVM ex umbra in Solem educere,  
 C publicoq; dare meditarer, circumspexi de Colopho-  
 nis, quorum calculo & suffragio ipse pingui licet Minerua  
 adumbratus, non in luce modo, atque in oculis ciuium suo-  
 rum collocaretur, sed & longè lateque vagatus, in exterorū  
 cœtibus inclaresceret, ac constanti omnium sermone cele-  
 braretur; reperta est mihi, ceu louis suffragium vestra SE-  
 RENISSIME AC REVERENDISSIME PRINCEPS  
 ELECTOR, oculissima quam imploro autoritas. Quis  
 D enim ea potius (quæ ad Aristophanis & Cleanthis lucernam,  
 maxima ex parte congeffit felicis recordationis Frater meus  
 Serenitatis Vestræ in Spiritualibus Vicarius Generalis) vni-  
 one signaret, quam qui Parentis & Patris patriæ S. ENGEL-  
 BERTI infula ac sede obtenta, æmularum virtutum vestigiis  
 pleno gradu ad amissim inhæret? Ea est SERENITAS Vestra,  
 quæ non minus optimo Martyris Nostri exemplo in pios Re-  
 ligiosorum cœtus benefica est ac prolixa, quam Ecclesiasti-  
 ci iu-

## DEDICATIO.

ci iuris atque immunitatis conseruatrici. Hanc enim Diis  
hominibusque plaudentibus vel gloriosa propugnat, vele-  
reptam, Generosi instar Cononis, recuperat libertatem. Cla-  
mat & testatur id Ecclesia Hildesienfis, cui nunc priscus  
ille immunitatis splendor (quo centum fere annis caruerat)  
à SERENITATE VESTRA lucet restitutus. Quare cum  
sibi VESTRA SERENITAS ad imitandum proposuerit S. EN-  
GELBERTI exemplum, ex variis Archiuorum diplo-  
matibus, auctorumque non obscurorum monumentis à Fra-  
tre meo fel. recordationis meditatam, & quasi cœptam, at-  
que à me bonis, vt auguror, auibus perfectam, SERENITA-  
TI VESTRÆ submisit dedico atque designo. Faxint su-  
peri, vt SERENITAS VESTRA S. ENGELBERTI meritis  
DEO ter Optimo Maximo commendata, & diuinam sibi  
conciliet benignitatem, & fato functa æternam cum cœli-  
tibus triumphet. Colonia Agrippinæ in peruigilio S. EN-  
GELBERTI. Anno 1633.

Vestræ Serenitatis.

*Humillimus subditus & Client,*

*Egidius Gelenius Licentiatus.*